Mathias Courtall [illegible]

[illegible] Lambert monney super

beneficio Henrici David

Coniuratio malignorum spirituum in corporibus hominum existentium: prout fit in sancto Petro.

[illegible] Cromwell Cromwell

[illegible] Cromwell

[illegible] fiet

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]



¶ Cõiuratio malignoꝝ spirituum in corporibus hominum existẽtium: prout fit in sctõ Petro.

Secundum Matheum.

Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis ꝛc. ¶ Secundũ Lucam In illo tpe. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem. ꝛc. ¶ Secundum Marcum. In illo tpe. Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatẽ illorum. ꝛc. ¶ Secundum Joannem. In principio erat verbum. ꝛc.

Secundum Lucam.

In illo tpe. Descẽdẽs iesus Capharnaum ciuitatẽ Galilee: ibiq3 docebat illos sabbatis: ⁊ stupebãt in doctrinis eius: quia in potestate erat sermo eiꝰ Et in synagoga erat homo habens demoniũ immundum: et exclamauit voce magna dicẽs. Sine quid nobis ⁊ tibi iesu nazarene: venisti perdere nos scio te quis sis dei sanctus. Et increpauit illum dicẽs. Obmutesce: et exi ab illo. Et cum proiecisset illud demonium i medio exit ab illo: nihil q3 illi nocuit. Et factus est pauor in oibꝰ: ⁊ colloquebãtur ad inuicẽ dicentes. Quod est hoc verbum: quia in potestate et virtute imperat inmundis spiritibus: ⁊ exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Oratio.

¶ Dñe deus propitius esto mihi pctõri: qui oẽs

Homines vis saluos fieri: ⁊ ad imaginē et similitudinē diuinitatis tue nos fecisti: suscipe orationem quā pono ante conspectum clementie tue ꝓ famulo tuo N. quia a demonio vexatus est: ipsū ad tuā misericordiam peruenire cōcede. Per dominum nostrum. ¶ Alia Oratio.

¶ Obsecro te dñe iesu xp̄e: vt extrahas oēs languores ab oībus mēbris huius hominis a capite: a capillis: a cerebro: a fronte: ab oculis: ab auribus: a naribus: ab ore: a lingua: a dentibus: a faucibus: a gutture: a collo: a dorso: a pectore ab vberibus: a corde: a stomacho: a lateribus: a carne: a sanguine: ab ossibus: a tibiis: a pedibus: a digitis a planta: a medulla: a neruis: a cute et ab omni cōpagine mēbroꝝ eius. Exaudi dñe iesu christe me miserrimū peccatorē: tibi sit virtus potestas ⁊ imperium in secula seculorum Amen.

¶ Exorciso te immunde spūs in nomine dei patris oīpotētis ✠ ⁊ in noīe iesu xp̄i filij eius ✠ et in virtute spiritus sancti ✠ vt recedas ab hoc famulo dei N. ¶ Ipse tibi imperat maledicte diabole: qui siccis pedibus super mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexteram porrexit: qui ceco nato oculos aperuit: et quatriduanum Lazarū a monumento suscitauit. ¶ Erige maledicte diabole: recognosce sentētiā tuā: et da honorē deo viuo et vero: da honorē Jesu christo filio eius et spiritui

Domini Henricy badini de [illegible] de
p[illegible] sancti nicolai

sancto paraclyto: et recede ab hoc famulo dei N per hoc signū sancte ✠ crucis: quod nos frōti ei9 damus: tu maledicte diabole nūquā audeas violare: neqʒ i eo presumas amplius stare. Exi foras ab eo sathana et da locū spū scrō ꝑaclyto. Exi foras spiritus imūde ab hac creatura dei. Oratio.
¶ Deus angelorū: deus archāgelorū: deus apostolorū: deus martyrū: deus cōfessorū: deus virginum: deus pater dñi nostri iesu christi: inuoco nomen sanctū tuū: ac preclarā maiestatis tue clemētiam humiliter posco: vt mihi auxiliū prestare digneris aduersus hunc nequissimū spiritū: vt vbicunqʒ lateat: audito tuo sancto nomine velociter exeat et recedat. ¶ Ipse tibi iperat maledicte diabole: qui ventis et mari ac tēpestatibus impauit. ¶ Ipse tibi imperat maledicte diabole: qui te de supernis celorū in inferiora terre demergi precepit. Ipse tibi iperat maledicte diabole: qui te retrorsum redire ꝑcepit. Audi ergo sathana et time victus ⁊ ꝓstratus recede adiuratus in noie domini nostri iesu xpi. Tu ergo nequissime spūs: iimicus humani generis: mortis raptor: iustitie declinator: malorū radix: fons vitioꝝ: seductor hoim: percussor gētiū: incitator inuidie: causa discordie origo auaritie: excitator doloꝝ: magister demonū quid stas et resistis: cū scis ipsū ꝑdere vires tuas. Mendax es: ⁊ scis illū qui in isaac est imolatus: i

ad dnm̄ nostrum
ad sanctum petrum in monte aureo

ioseph venundatus imagine occisus est. et in ho-
mine est crucifixus: deinde sis ab eo separatus. Re-
cede in nomine pa✠tris et fi✠lii ꝛ spiritus✠san-
cti. ꝛ da locum spiritui sancto per hoc signum sancte
cru✠cis dñi nostri iesu xp̄i. qui venturus est iudica-
re viuos et mortuos ꝛ seculum per ignē. Amen.

¶ Officium super his qui demonium vexatur.
In primis dicitur Dñs vobiscū. ℟. Et cum spū
tuo. Initiū sci euāgelii sm ioānē. ℟. Gloria tibi
dñe. In pricipio erat vbum. ꝛc. Aliud euāgelium
sm Marcū. Dixit iesus. ꝛc. Euntes in mundum
vniuersum pdicate euāgeliū. ꝛc. Postea dicitur
Pater noster. et Aue maria. Sequitur Oratio.

¶ Dñe sancte pater omnipotēs qui cōsubstantia-
lem ꝛ coeternum tibi ante omnia secula filium in-
effabilem genuisti cum quo atqꝫ cum sctō spiritu
ex eodemqꝫ filio procedētē celum terrā omnia q̄
cunqꝫ existunt visibilia et inuisibilia creasti. Hic
flectuntur genua dicendo. Te adoro: te laudo: te
glorifico teqꝫ benedico: esto queso propicius huic
miserrimo peccatori: ꝛ ne despicias euꝫ opus ma-
nuum tuarū: sed salua et adiuua eum ppt nomen
sanctum tuum. Deinde stando dicitur Gloria in
excelsis deo. ꝛc. Oratio.

¶ Dñe iesu xp̄e fili dei viui qui es verus et omni-
potens splēdor ꝛ imago patris ꝛ vita eterna cui
vna est cum patre sctōqꝫ spū eq̄lis honor eadēqꝫ

gloria coeterna maiestas. Hic flectũtur genua dicẽdo. Te adoro. te laudo. teqꝫ glorifico ne hũc obsecro famulũ tuũ perire patiaris sed salua ⁊ adiuua cũ gratia mĩe tue: quẽ p̃cioso sanguine tuo redimere dignatus es Amẽ. Hic dr̃ Credo. Oratio

Dñe sancte paẗ deus oĩpotẽs qui cõsubstãtialis coeternus et coequalis patri filioqꝫ existẽs. et ab eis inenarrabiliter procedens: et super eundẽ dominum nostrũ iesum christum in columbe specie ⁊ sup̱ apostolos in lingnis igneis descendisti. Hic flectuntur genua dicẽdo. Te adoro te laudo te benedico teqꝫ glorifico repelle q̃so ab hoc famulo tuo tenebras toti⁹ noctis iniquitatis ⁊ perfice accende in eo lumen tue misericordie et ignẽ suauissimi ⁊ sanctissimi amoris tui. Dñe iesu xp̃e fili gloriosissime semper virginis marie precor te per sanctã incarnationem tuã parce isti per sãctã natiuitatem tuã. Dñe iesu xp̃e parce isti per presepiũ in quo iacuisti. Dñe iesu christe parce isti per baptisimum et sanctum ieiunium tuum. Domine iesu christe parce isti per sanctam crucem ⁊ passionem tuam. Domine iesu christe parce isti per sanctos electos tuos. Domine iesu christe parce isti per spinas corone tue. Dñe iesu xp̃e parce isti per quinqꝫ plagas tuas. Dñe iesu xp̃e parce isti per alapas ⁊ aceto felle mixtum. Dñe iesu christe parce isti per scm̃ sanguinem et aquã qui de tuo la-

tere emanauerũt. Domine iesu xp̄e parce isti per sanctã resurrectionem tuam. Dñe iesu xp̄e parce isti per sanctam ascẽsionem tuam. Dñe iesu christe parce isti per sanctũ Spiritũ paraclytũ. Dñe iesu xp̄e parce isti per venturum iudicium tuum. Dñe iesu christe parce isti per maiestatem tuam. Domine iesu xp̄e parce isti per gloriam regni tui. Domine iesu christe parce isti ⁊ libera eũ a pctis suis: et inimicis suis visibilibus et inuisibilibus: et da illi partẽ cũ sanctis tuis ĩ vitã eternã. Amẽ.

¶ In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spiritus sancti. Amen.

Psalmus.

¶ Judica dñe nocẽtes me: expugna impugnãtes me. Apprehende arma et scutũ: et exurge in adiutoriũ mihi. Effunde frameã ⁊ cõclude aduersus eos qui persequũtur me: dic anime mee salus tua ego sum. Gloria patri. ⁊c.

Oratio.

¶ Deus qui per vnigenitũ tuũ exclusa dãnatiõe diaboli populũ tibi fidelẽ aptasti: expelle quesumus a famulo tuo. N. cunctas diabolicas illusiones et insidias: ⁊ eũ illibatũ ab omni eius impugnatione conserua. Per eundem.

Oratio.

¶ Deus celi: deus angelorũ: deus archãgelorum deus prophetarũ: deus virginũ: deus qui potestatem habes donare vitam post mortem: requiem post laborẽ quia nõ est alius preter te dñe: nec põt esse creator celi et terre: qui rex es: et regni tui nõ

erit finis humiliter maiestati et glorie tue suppli
co vt hunc famulū tuū. N. de immundis spiriti-
bus liberare digneris. Per dn̄m nostrum.
¶ Memento Lucifer quomodo cecidisti de celo
qui mane oriebaris: corruisti in terrā: qui gentes
vulnerabas: qui dicebas in corde tuo: Sedebo in
mōtē testimonij in lateribus aquilonis: ascēdam
super altitudinē imbriū et similis ero altissimo.
Verū ad infernum traheris ad improfundū laci
qui te viderūt ad te inclinabūtur teqꝫ ꝓspiciētes
Nunquid isti qui conturbāt terrā: qui concussit
regna qui posuit orbē desertum: ⁊ vrbes eius de-
struxit: vinctis eius nō aperuit carcerē oēs reges
gentium dormierunt vniuersi in gloria viri in do
mo sua: tuo autē proiectus es de sepulchro tāquā
inutilis pollutus inuolutus: qui interfecti sunt gla
dio: et descēderūt ad fundamenta laci suoqꝫ cada
ueri putredo non habebis consortiū: neqꝫ cū eis
sepulchrū in terrā dispersisti: tu populū occidisti
non vocabitur in eternum semē pessimoꝝ prepa-
rare filios eius occasione iniquitatis patrū eorū
non surgent: nec hereditabunt terram: nec imple
bunt faciem orbis terre ciuitatū: et confugam su
per eos dicit dn̄s exercituum.

Oratio

¶ Descendens iesus de monte stetit in loco cam
pestri: ⁊ turba discipulorū eius: et multitudo ple

bis copiosa ab omni iudea et hierusalem ⁊ mari-
tima et tyri ⁊ sydonis: qui venerãt vt audirent eũ
et sanarentur a languoribus suis: ⁊ qui vexaban-
tur a spiritibus immundis curabantur et omnis
turba querebat eum tangere: quia virtus de illo
exibat et sanabat omnes. Oratio.
¶ Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi
doce me facere voluntatem tuam quia deus meꝰ
es tu. Oratio.
¶ Munus nostre humilitatis pro petitione famu-
li tui oblatum petimus dñe gratãter accipe: ⁊ ab
eius oppressione maligni insidias: oẽmqꝫ potesta-
tem benignus exclude. Per dñm. Oratio.
Dñe deus virtutum suscipe preces quas tibi offe-
rimus pro famulo tuo N. ⁊ pice inimicos ⁊ ad-
uersarios tuos sathan: ⁊ omnes sibi subiectos de-
mones: vt amplius non habeant potestatẽ in hoc
famulo tuo N. molestandi fatigandi seu vexandi
eum neqꝫ durandi in eo: quia in te dñe speraui:
non confundar ineternum: sed in iusticia et forti-
tudine tua libera eum. Oratio.
¶ Eterne deus: qui es deus abraam: deus isaac:
deus iacob: deus moysi et aaron: deus thobie et
helye: te sempiternũ deum deprecamur vt famu-
lum tuum N. iubeas de temptationibus et vexa-
tionibus demonum malignorũqꝫ spirituum libe-
rari quia spiritꝰ immundi fuerunt ab initio semꝑ

fallaces: et nunquā steterūt in veritate sed semper in malicia iniquitatis ꝛ superbie vanitatis ꝛ inuidie et cupiditatis perstiterunt: qui famulum tuū variis ꝑturbatiōib⁹ fatigabāt. Iube igitur angelis tuis benignis: vt destruāt istos humani generis inimicos: vt āliqui isti serpentes crudelissimi lāguescāt ꝛ oēs socii eoꝝ. eosq̄ percuti facias sicuti percussisti in ira ꝛ furore tuo Sodomā ꝛ Gomorrā: sic eosdem inimicos ꝛ aduersarios tuos ad nihilum redigi: ac in ꝑditionē descendere iubeas quia presentem famulum tuum N. miserabiliter fatigant et de corpore conantur vt ampli⁹ in corpore eius latitare non possint: quod non fecerunt nec in eius anima quā tu diuinitus infudisti potestatem habeant: neq̄ in vllo vestimento eius: vel indumento: seu in compaginibus membrorū seu corporis eius malignitas eorum vim aliquā obtinere valeat: quoniā tu dñe fecisti de limo terre ossa et neruos eius: et spiritū dedisti. Et ideo propter honorē nominis tui dñe: ꝛ filii tui dñi nostri iesu christi ꝛ virtutē spiritus sancti: atq̄ sanctissime ✠ crucis dissipentur demones a corpore ꝛ aīa famuli tui ꝛ pergāt ad penaꝝ loca: ipsis a te preparata quia tu dñe nō auro nec argento nec gemmis preciosis comparasti: sed sanctissimo corpore et sanguine tuo per passionem tuā nos redemisti Iesu xp̄e saluator mundi: quā maiestatem tuam

laudant angeli. Oratio.

¶ Multitudo languentiū: ꝛ qui vexabantur a spiritibus immūdis veniebāt ad eū: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. ¶ Oratio.

¶ Celestis hic panis: quem sumpsimus dñe ꝛ nobis indulgentiam tribuat: et famulum tuum ab hostis antiqui irrisione defendat. Per dominū nostrum iesum christum. Oratio.

¶ Omnipotens deus: eterna medicina: exaudi nos pro famulo tuo deprecantes: et da ei verā humilitatē: veram penitentiā et virtutē: et fac eum relinquere vanas pompas diaboli: ꝛ angelorum eius apostaticorū: ꝛ ipsum famulū tuū N. ab eorꝫ potestate liberare digneris: sicut liberasti adā de inferno: Petrū de carcere: Paulū de viculis: Susannam de falso crimine: Lucian de lupanari: qui iussisti Paraliticū tollere grabatū suum ꝛ ambulare. Lazarū de monumento surgere: Israeliticū populū per mediū maris transire. Jonā de vētre ceti: de sydonia tres pueros de camino ignis ardētis liberasti. Danielē qꝫ de lacu leonū. Dauid de gladio maligno. Mariā magdalenam de septem demonijs eripuisti: ita dñe liberare digneris famulū tuū N. ab antiquis persecutionibus. Oramus te dñe: q̄sumus oīpotēs deus vt spiritus iniquitatis non habeat amplius potestatē in famulo tuo: et pax dñi nostri iesu christi: per quē redēpti

sumus: vt nulla mala timeamus: quia ipse nobis-
cum est. ¶Per eundē. ¶Postea dicetur. Initiū san-
cti euāgelij sm Jo. Gloria. In pricipio. &c. ¶Psal
mus. Deus in nomine. Deus in adiutorium meū
itēde. In dn̄o cōfido. Quid gloriaris. cū letaniis
et orationibus. s. Deus cui propriū. &c. ¶Postea
dicetur hec cōiuratio. ¶Cōiuro te diabole p pa-
trē & filiū et sctm̄ spm̄: & p ¶Patriarchas & pphe
tas Apostolos Euāgelistas: martyres: cōfessores:
virgies & oēs sctōs & sctās dei: qui quotidie & sem
per regē dn̄oꝝ laudāt & glorificāt ipm in throno
sedētē: & p dn̄m nostrū iesum xp̄m te cōiuro vt re
cedas ab hoc famulo dei N. ¶Coniuro te diabo
le p passionē dn̄i nostri iesu xp̄i: quā recepit p hu
mana generatione: vt recedas ab hoc famulo dei
N. ¶Cōiuro te diabole p sanctā crucē i qua dn̄s
noster iesus xp̄s fuit suspēsus vt recedas ab hoc
famulo dei N. vt nō possis te celare i corpore suo
nec in mēbris suis: nec in capite suo.
¶Cōiuro te diabole p clauos dn̄i nostri iesu xp̄i:
quibus manus & pedes eius confixi fuerūt vt re
cedas ab hoc famulo dei N. vt nō possis te cela-
re in ore suo nec in capite. ¶Cōiuro te diabole p
lāceā quā habebat Lōginus: qua latus dn̄i nostri
iesu xp̄i pforauit: & inde exiuit sanguis & aqua: vt
nō possis te celare in gutture suo nec in ligua: nec
sub lingua: nec in aliquibus membris eius.

¶ Coniuro te diabole p mortē et sepulchrum xpi a quo tertia die resurrexit a mortuis: vt nō possis te celare in visceribus suis: nec in interioribus. ¶ Coniuro te diabole per resurrectionē dñi nostri iesu xpi in qua apparuit discipulis suis dicēs Ego sum nolite timere. ⁊ precepit eis dicens. Ite in mundū vniuersum ⁊ pdicate euāgelium omni creature: qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit: qui vo nō crediderit cōdēnabitur. Per verba supradicta cōiuro te ⁊ admoneo: vt recedas ab hoc famulo dei N. ¶ Cōiuro te diabole p ascensionē dñi nostri iesu christi: vt recedas ab hoc famulo dei N.

¶ Alia cōiuratio.

Coniuro te diabole per Spiñ sctm̄ altissimū paraclytum: quē dñs noster iesus xps mandauit discipulis suis in linguis igneis: vt recedas ab hoc famulo dei N. et amplius nō reuertaris: nec reuerti facias aliquē sup eū. Et sicut de9 separauit celum a terra: veritatē a mēdatio: bonū a malo: dulce ab amaro: sic tu sis separat9 ab hoc famulo dei et amplius nō possis appropinquare ei: nec eum succumbere: nec eo dirigere de die nec de nocte: nec fornicare: nec spumare: nec dolū facere in nulla hora: nec in momēto: nec dum steterit nec dum ambulauerit nec dū dormierit nec dū vigilauerit nec aliqua ratione nec dum māducabit nec dum bibit nec dum aliquod opus fecerit nec possis cō

tra hunc famuluz dei aliquod maluz facere: nec p aliquā reuelationē ad aliquā personā viuētem in terra dare nec offendere nec facias eum offendi: nec aliquod malum possis cōtra eum exequi: nec alicui persone molestiā dare possis nec aliquē immundum spiritum in tuo adiutorio cōuocare possis nec super hunc famulum dei N. stara possis: nec ipsum dissipare nec violare.

¶ Cōiuro te diabole et spūs immunde p deum patrem omnipotētē ꝛ p iesum xp̄m filium eius vnicum dn̄m nostrū. et per Spiritum paraclytum altissimum ꝛ p duodecim Apostolos. ꝛ p quattuor Euangelistas. ꝛ per duodecim pphetas. ꝛ p quattuordecim Seniores te cōiuro. et per oēs inuocationes sanctoꝝ te cōiuro qui quotidie et semp diebus noctibus Regem deum sunt laudātes ꝛ glorificātes in secula seculorum Amen.

¶ Coniuro te diabole et spirit9 neqssime p quattuor partes mundi. vt pdas et dimittas locū istū vbi manes et vadas nec iterum reuerti possis ad ipsum. nec ad aliquā aliam personā sed recedas cum aliis immundis spiritibus. ꝛ dimittas istum locum ꝛ vade vbi tibi dixi. Et sicut fluit cera a facie ignis. et pereunt peccatores a facie dei ꝛ sicut sal perit in aqua sic fugeas pereas et ad nihilum sis deductus.

¶ Alia coniuratio.

¶ Coniuro te diabole spiritusq3 apostatice p san

ctum Michaelē: per sanctum Gabrielē: p sanctū Raphaelē: et per sanctum Urielē. ꝛ per oēs angelos ꝛ archāgelos: ꝛ per nouē choros angeloꝝ: et per oēs virtutes celoꝝ Principatus ꝛ Potestates: Thronos ꝛ Dominationes Cherubin ꝛ seraphin deo patri obedientes ꝛ ipsum semp laudantes ꝛ glorificātes in secula seculorum. Amen.

¶ Alia coniuratio. Coniuro te diabole p oēs sanctos veteris testamenti: qui sunt in paradiso et in gloria dei patris omnipotentis: et per gloriosam virginē Mariā: que fuit virgo ante partum: et in partu: atqꝫ post partum: ꝛ concepit dn̄m nostrum iesum christum saluatorē et redēptorē mundi: ꝛ p oēs sanctos Patriarchas ꝛ Prophetas: Apostolos Euāgelistas Martyres Cōfessores Doctores ꝛ virgīes: ꝛ per oēs virtutes dei. Coniuro te vt nō habeas potestatē neqꝫ licētiā standi in corpore famuli dei N. quia deus fecit eum ad similitudinē suā. Nec te latuit Sathana et Belzebuth imminere penas et tormēta: que subuenient tibi in die iudicii: ꝛ in die sempiterno: qn̄ deus venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: velut clybanus ardēs in terra cum vniuersis sociis tuis ꝛ angelis malignis in signum vadas: et proinde intus dānatus per infinita secula seculorum. Amen.

FINIS.

corona aurea ... ꝛ duci ... continens ...
florenꝰ aureꝰ ... viii ... medio ...
kopf van ... 30 ... molendin

ctum Michaelē: per sanctum Gabrielē: p̄ sanctū Raphaelē: et per sanctum Urielē ⁊ per oēs angelos ⁊ archāgelos: ⁊ per nouē choros angelorū: et per oēs virtutes celorū ⁊ Principatus ⁊ Potestates: Thronos ⁊ Dominationes Cherubin ⁊ seraphin deo patri obedientes ⁊ ipsum semp̄ laudantes ⁊ glorificātes in secula seculorum. Amen.

¶ Alia coniuratio. Coniuro te diabole p̄ oēs sanctos veteris testamenti: qui sunt in paradiso et in gloria dei patris omnipotentis: et per gloriosam virginē Mariā: que fuit virgo ante partum: et in partu: atqꝫ post partum: ⁊ concepit dn̄m nostrum iesum christum saluatorē et redēptorē mundi: ⁊ p̄ oēs sanctos Patriarchas ⁊ Prophetas: Apostolos Euāgelistas Martyres Cōfessores Doctores ⁊ virgīes: ⁊ per oēs virtutes dei. Coniuro te vt nō habeas potestatē neqꝫ licētiā standi in corpore famuli dei N. quia deus fecit eum ad similitudinē suā. Nec te latuit Sathana et Belzebuth imminere penas et tormēta: que subuenient tibi in die iudicii: ⁊ in die sempiterno: qn̄ deus venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: velut clybanus ardēs in terra cum vniuersis sociis tuis ⁊ angelis malignis in signum vadas: et proinde intus dānatus per infinita secula seculorum. Amen.

FINIS.

corona aurea · ducatis · ⁊ ... continens ... vij ... medio ...

florenus aureus

...

30 ... molendin...

